Sigismundus Tertius Dei Gratia Rex Poloniæ,
Magnus Dux Litvaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ,
Samogitiæ, Livoniæq, nec non Svecorum, Vandalorum
Hæreditarius Rex.

Significamus præsentibus literis Nris quorum interest univer-
sis et singulis præsentibus et futuris harum Notitiam ha-
bituris. Quemadmodum toto felicis Regiminis Nostri tempore,
nihil quod salutem populi concernere videbat, a Nobis desideran
passi sumus, ita nunc quoq libenter inclinamur, ut spiritu-
ali animarum Sanguine Christi redemptarum bono consulamus.
Cum itaq per Magnificum Hieronimum Wołowicz Genera-
lem Samogitiæ Capitaneum Tynonum Gondinensem Sauten
Cehrynensem, Upitensemq Tenutarium Nostrum expositum No-
bis fuisset, nullum hactenus in Oppido Nro Ponievież, judicijs
Castrensibus et terrestribus, tum etiam frequentibus Baron
et Nobilium Conventibus loco celebri extitisse, neq de facto ex-
tare templum vel Oratorium, magnaq Nrôs subditos, hac
ex parte privari consolatione Spirituali intelligeremus, facile (:
incrementum gloriæ Dei præ oculis habentes ac desiderijs sub-
ditorum Nostrorum satisfacere volentes:) in animum inducimus,
ut dictum superius Oppidum, erectione, dotatione, fundationeq
Ecclesiæ ornatius redderemus, proinde post liberam cessionem
et resignationem juris advitalitij coram Actis Cancellariæ Nræ
MDL.ᶜᵉ per supra memoratum Magnificum Hieronymum Woło-
wicz Generalem Samogitiæ Capitaneum factam, Villas Miełeicliszki,
Staniuny, Pollaluny, alias Dowkniuny in Advocatia alias w
Woytostwie Szyngolskim tenutæ Upiten existentes, cum omni-
bus attinentijs et pertinentijs, agris cultis et incultis, mansis pos-
sessionatis, sylvestribus et impossessionatis, fundis ultrapanicia-
libus, aquis, stagnis, fluvijs et aquarum decursibus, pratis, campis,
sylvis, nemoribus, rubetis, dumetis, mellificijs, et omnibus fru-
ctibus, Censibus pecuniarijs, et alijs quibusvis datijs, prout se anti-
quitus memoratæ villæ in suis limitibus et granicijebus
habebant et nunc includunt, prout quoq nominatus Samogitiæ Capi-
taneus, possedit in dotem Ecclesiæ, in Oppido prædicto Ponievież

erigenda et erecta damus donamus, donatione irrevocabili
perpetuo et in aevum. Eximentesq dictas Villas, ab omnibus
Oneribus Civilibus, iurisdictione Nrã Regiá et Capitaneali sive
quavis politica, juri et immunitatibus Ecclesiæ in perpetuũ
adscribimus, nihil Nobis et Serenissimis Successoribus Nostris
præter Ius patronatus reservantes. Quoniam vero præsens
Fundatio Nrã e novo libertatis Nrã Regiæ fonte promana
vit, volumus ut prædictus Magcus Capitaneus Generalis Sa
mogitiæ in convenienti loco, nec multũ a prædicto Oppido
disito, Areas pro templo et Cæmeterio pro Domo Parochi
Schola, et Xenodochio, pauperũ assignet, et sufficienter ad in
star aliarũ Ecclesiarum emensurari faciat. Quæ Omnia
pro rato habere volentes, præsentes manu Nrã Subscriptas
Sigillo MDLi communiri mandavimus. Data Varsaviæ
die XXIV. Men. Martij Anno Dni MDCXXIX. Regnorũ
Nostrorũ Poloniæ XXXII. Sueciæ vero XXXVI. Anno.

Sigismundus Rex.

Marcianus Tryzna
Ref. Generalis Rok.
Mag Duc. Lit.

1029. d 24 Marca Kopia
Funduszu Krola Zygmunta Trzeciego
na Kosciol Poniewieski uczynionego,
Ktorym nadaie na tenze Kosciol Wie
ski 3. iako Giedeielisski, Staniuny y Pa-
Wakupy alias Dowkmiany zwane w
woytowstwie Szygolskim, Dzierzawe
Star Upitskiego sytuowane, ktory
Z. [illegible] wiec
stkiem do niey przynaleznosciami
Item blisko samego miasta nada
ie ziemie na Plebanią Szkołę
y Szpital